

Electio inter Iniurias, Calumnias, Delationes & Libellos famosos. 359

- in ipsa Electionis Aula. Ubi tandem invocata Spiritus S. gratiâ, & absolutis pro more per Legatum, seu Nuntium, Capitularibus ab Excommunicatione & alijs Censuris in ordine ad effectum Electionis Canonicae, per vota maiora electus & electus est is, cui defectus Natalium obiectus erat. Ex occasione huius hanc scribendi materiam assumo contra libellos famosos in Electionibus.
241. Famosi libelli nomine intelligitur scriptura, charta, imago, & quæcunque alia tessera symbolica, in quoquaque loco reperita, ad alterius occultam infamiam scripta, picta, delineata, expressa, publicata, ut ne-scientibus innoteat. colligitur ex Cap. qui in alterius. I. & ibi Glossa. Caus. 5. quest. 1. & leg. si quis. unic. Cod. de famos. Libell.
242. Inter alias iniurias famosus libellus primum obtinet: ubi enim verbalis iniuria prætervolat, & citè in fumum abit, hic littera scripta manet, & iniuria èo est gravior, quod diuturnior. Differt à calunnia, quod hæc fiat in iudicio, illa verò intendatur extra iudicium.
243. Ad huius constitutionem conditions quinque requiri copulativè, volunt plures, & quidem, ut in Libello seu charta exprimatur nomen Iniuriati, vel ut saltem ex certis conjecturis Iniuriati individualiter & ceterò cognosci possit. leg. quod Senatus Confiditum. 6. leg. item apud. 15. §. cui. 9. ff. de iniur. Ut libellus famosus cum diffamatione publicetur. Ut dolus interveniat, animusque iniuriandi. leg. lex Cornelia. 5. §. si quis. 9. ff. eod. Ut in libello contineatur contumelia & delictum aliquod considerabile. Ut Author libelli famosi suum occulet nomen. In conditione postremâ variant DD. astimem ego, nihil referre, an nomen sit occultum, nec ne, cum Glossa in cit. leg. Lex Cornelia. 5. §. si quis. 9. ibi: si quis librum famosum componat, edat, vel litterarum consequentia, vel notis describat, suòve aut alterius nomine. ff. de iniur.
244. Examinando casum nostrum dubia est quæstio, an uterque libellus fuerit famosus? minime. In primo etenim solus natalium defectus obiectebatur, qui in filio criminis caret: nasci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat. cap. nasci. 5. Disf. 56. Et undecunque homines nascantur, si parentum vita non se-stantur. Et Deum rectè colant, honesti & salvi erunt. cap. undecimque. 3. Disf. ead. nec parentum iniquitates obesse debent filiis. cap. sponsus. 6. Disf. ead. intellige ad culpam.
245. Cum ergo irregularitas ob natales non nascatur ex delicto & culpa, sed ex defectu, atque adeò in filio rationem admissi crimini non habeat, obiectio huius defectus libellum non reddit famosum in rigore, cum crimen non contineat, sed erit solum iniuria in scriptis,
- vindicanda per actionem iniuriarum. leg. item apud Labonem. 15. § generaliter. 27. ibi: quodcumque quis fecerit, vel dixerit, ut alium infamet, erit actio iniuria-rum. ff. de iniur. Et leg. si non es. 3. ibi: aduersus eos, qui minuenda opinione causa aliquid confecisse comperientur, mo-re solito iniuriam iudicio experiri potes. Cod. cod. si tamen velis hanc iniuriam comprehendendi in fasciculo libellorum famosorum, uti nonnullis placet, sub. & in ampliori sphæra, nolim contendere, dummodo penam tempores.
246. Alterum libellum cum insimulatione & vi-
tio adulterij esse famosum, cum crimen obie-
ctum sit falsum, omnino apud DD. certum
est. Imò si crimen etiam fuisset & ester ve-
rum, in classem libelli famosi reduci deberet.
Hac quippe in materia inspicitur modus pu-
blicandi delictum cum infamia, quæ indubia-
tate sequitur ex inverso libellantis ordine. Si
enim zelus fuisset irregularis, & vitium pre-
bari potuisset, debuisset sanè Præsidem seu
Judicem adjisse, denuntiando vel eriam accu-
sando delictum Candidati: id ubi negligitur,
infamatur Candidatus, dum publicatur deli-
ctum, ut alijs innoteat, quod alias innote-
scere non debuisset modo irregulari.
- Rationem audi ex Oraculo Imperatorum: 248.
Si quis devotionis sue, ac salutis publica custodiā ge-
rit, nomen suum protegat, & qua per famosum li-
bellum persequenda postaverit, ore propriè edicat: ita
ut usque illa trepidatione accedat, sciens quidem,
quod si adseritionibus suis Veri fides fuerit opicula-
ta, laudem maximam & primum à nostra clemen-
tia consequetur. leg. unic. Cod. de famos. libell.
- Ubi vides, nihil referre ad constituendum 249.
libellum, sive adsit, sive absit veri fides,
dummodo adsit dolus malus cum intentione
nocendi, infamandi, & publicandi delictum.
9. Cod. Theodos. 24. ibi: nec tamen sup-
plicio (libelli famosi) etiamsi aliquid ostendit, subtrahatur. Si autem poena ordi-
naria libelli famosi irrogatur, necessariò cul-
pa libelli famosi supponitur. cap. non affe-
ramus. 21. caus. 24. quæst. 1. ne poena ul-
terius protrahatur, quam delictum fuerit in
excedente perpetratum. cap. quæsivit 2. de
his, quæ sunt à maior. part. capit. cap. fin.
de excess. Prelator.
- Nec minus famosum esse libellum 250.
ex iniuria in alteram factiōnem, seu unionem
Electorum effusā. Eisi enim videatur defi-
cere nomen individuale Iniuriati, èo quod
factio dicat pluralitatem individuorum, & sit
corpus quoddam politicum ex multis invi-
cem collectis constitutum. cap. nullus. 1. de
Elec. & leg. scit. 7. in fin. ff. quod cu-
isque univers. nom.
- Sufficit tamen ratio generica, & ita distin-
251.
ctiva, ut sciatur, crimen cum occulta infamia
in hoc potius corpus morale, cuius membra
func-